Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



Lucas 260

cepit dicere · Generatio hec gene
ratio nequam e: signum querit · et
signum no dabit ei nisi signum
Ione · Nam sicut fuit Ionas signum
ninivitis: ita erit filius ho
minis huic generationi · Regina austri
surget in iudicio cum viris gene
rationis huius et condemnabit
illos: quia venit a finibus terre
audire sapientiam Salomonis et
ecce plus quam Salomon hic · Viri
ninivite surgent in iudicio cum gene
ratione hac et condemnabunt illam
quia pluviam egerunt in predicatione
Ione · Et ecce plus quam Ionas hic
Nemo lucernam accendit et in abscon
dito ponit neque sub modio sed super
candelabrum ut qui ingrediuntur lumen
videant · Lucerna corporis tui est
oculus tuus · Si oculus tuus fue
rit simplex · totum corpus tuum lu
cidum erit: si autem nequam fuerit
oculus corpus tuum tenebrosum erit
Vide ergo ne lumen quod in te est
tenebre sint Si ergo corpus tuum
totum lucidum fuerit · non habens aliquam
partem tenebrarum: erit lucidum to
tum et sicut lucerna fulgoris illu
minabit te · Et cum loqueretur rogaui
it illum quidam pharisaeus ut pran
deret apud se · Ingressus autem
ingressus recubuit · Pharisaeus
autem cepit intra se putans quia
oportuerit non baptisatus esset ante
prandium · Et ait dominus ad illum · Nunc
vos pharisei quod deforis est calicis
et cathini mundatis: quod autem
intus est vestrum · plenum est rapina et
iniquitate · Stulti · nonne qui fe
cit quod deforis e · etiam id quod de
intus est fecit · Verumtamen quod
superest date elemosinam · et ecce
omnia munda sunt vobis · Sed
ve vobis pharisaeis qui decimatis
mentam et rutam et omne olus
et preteritis iudicium et caritatem
dei · hec autem oportuit facere: et
illa non omittere · Ve vobis phari
saeis: quia diligitis primam cathe
dram in synagogis · et salutationes
in foro · Ve vobis quia estis ut mo
numenta que non apparent · et ho
mines ambulantes super nesciunt
Respondens autem quidam ex legis
peritis ait illi · Magister: hec di
cens etiam nobis iniuriam facis
Et ille ait · Et vobis legisperitis
ve: quia oneratis homines one
ribus que portare non possunt: et
ipsi uno digito vestro non tangitis
sarcinas · Ve vobis qui edificatis
monumenta prophetarum: patres
autem vestri occiderunt illos · Sed
profecto testificamini quia consentitis
operibus patrum vestrorum · quoniam
ipsi eos occiderunt: vos autem
edificatis eorum sepulchra · propter
ea et sapientia dei dixit · mittam
ad illos prophetas et apostolos et ex
illis occidet et persequentur · ut inquirat
sanguis omnium prophetarum · qui
effusus est a constitutione mundi
a generatione ista · a sanguine
Abel usque ad sanguinem Zacharie
qui perit inter altare et edem:
Ita dico vobis requirat ab hac ge
neratione · Ve vobis legisperitis
quia tulistis clavem scientie: ipsi
non introistis · et eos qui introi
bant prohibuistis · Cum autem hec
ad illos diceret · coperunt pharisei
et legisperiti graviter insistere: et
os eius opprimere de multis insidi
antes ei: et querentes aliquid ca
pere de ore eius ut accusarent eum
Multis autem turbis
conuenientibus ita ut se in
invicem conculcarent cepit
dicere ad discipulos suos · Attendite
a fermento pharisaeorum quod est
hypocrisis · Nihil enim opertum est
quod non revelabitur · neque abscon